



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 4. Consideratio historiæ de Jeroboam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

bonum, respondet Deus, inimicus persequens
 eum ipsi regnaverunt, & non ex me: Prin-
 pes extiterunt, & non cognovi. Quibus vult
 non aliam redditrationem Deus duræ cen-
 cis populo, cur eum suorum tradiderit inimicis
 corum crudelitati quam quod consilia
 suum non exquisierint in suorum electio-
 Regum, sed abstracti à suis cupiditatibus,
 humanis respectibus, hos aliosque hujus-
 di secuti sint Consiliarios malos, quod
 reges ipsi habenas cæperint Reip. per ty-
 nidem ac ambitionem nulla Dei vocatio-
 electi aut electione divina ad eam unquam
 destinati.

§. IV.

Consideratio historia de Ieroboam.

Illud porro mihi hac in re permirum
 detur, quod unus illorum quibus ista ad-
 facta est exprobratio, Jeroboam fuerit
 primis. Ille Jeroboamus qui ab ipso meto-
 per Prophetam nominatus est decem Tabu-
 buum Rex; cuius peculiarem Deus tute-
 videbatur suscepisse contra persecutionem
 Salomonis cuius aliquando loco regnare
 bebat. Ille Jeroboamus quasi miraculo
 Etus ad regiam dignitatem communi
 Israelitarum acclamatione & plausu Salom-

nem ejusque filium Roboamum divino nutu abjicientium. Quo igitur modo fieri potuit, ut nihilo-minus tam illi Deus quam aliis exprobraret regni invasionem, negetque sua factum esse voluntate quod principatum obtinuerit? Potestne fieri, o Sapiencia infinita ut quem nominasti populi tui Regem, eundem paulo post abneges? quasi conferre illi regnum numquam cogitaveris? Fierine potest ut voluntas tua sicut hominum mutetur & sibi contradicat? Quo igitur pacto dixit Prophetes ille ad Regem Balac tanta asseveratione: *Non est Deus quasi homo ut mentiatur nec est Filius hominis ut mutetur. Dicit ergo & non faciet? locutus est & non implebit?* Num. 23. *Caelum & terra inquit Christus in Evangelio, transibunt, verba autem mea non transibunt.* Mac. 13.

§. V.

Voluntas Dei antecedens.

AD solvendum hunc nodum, eademque opera declarandum qua ratione possint nonnunquam homines deviare à viis Domini indirecte, & id minimè cogitantes, qui est modus alter ordinem divinæ Providentiæ prætergrediendi, advertere oportet distinctionem quam ponunt Theologi duarum in Deo voluntatum.